



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

LXVIII. De pacificandis ecclesiis Romana & Alexandrina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
474.

inuenti, quibus præceptum erat a primæte, vt huc
occurrerent ad venerabile Concilium, quod nunc
agitur Idibus Iuniis, suiq; absentiam procurarunt:
idcirco decernat ex hac re aliquid sanctitas vestra,
ne sub molestia calumniæ ipsorum, innocens vi-
dear laborare. Concilium sanctum statuit, debuif-
se quidem secundum censuram sacerdotalem ex
hoc Concilio aduersus contumaces ferri senten-
tiam: sed quia mansuetudo ecclesiastica seruanda
est in omnibus causis, * præmiserunt ad senem Xan-
thippum, vt nouerit iudices de Concilio electos
fine dilatione considerare debere in ciuitate * Thu-
burficensi, vt negotio congruum adhibeatur exa-
men. Maurentius episcopus dixit: Iudices peto
sanctum senem Xanthippū, sanctum Augustinum,
Florentium, Theasium, Sansutium, Secundum, &
Possidium. Hos decerni mihi iubeatis. Sanctum
Concilium concessit iudices postulatos. Reliquos
autem iudices, ad complendum numerum neces-
sarios, eligentibus ipsis senioribus a noua Germa-
nicia senex Xanthippus curauit decernere.

* promi-
serunt,
senem.* Tubur-
binen-
sem, vel
Tubusu-
ptensem.

LXVIII.

Placuit etiam, vt de dissensione Romanæ atque
Alexandrinæ ecclesiæ, ad sanctum papam Inno-
centium scribatur, quo vtraque ecclesia inter se pa-
cem, quam præcepit Dominus, teneat.

Notas hu-
ius Cano-
nis vide su-
pra in no-
tis ad Cō-
ciliū Afric-
nū IV. sub
Innocentio.
Cod. Can.
cap. 101.
Ioan. 14.

LXIX.

Placuit etiam, vt secundum euangelicam & a-
postolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore
neque dimissa a marito, altari coniungatur: sed ita
maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si con-

32. quest. 7.
Placuit, vt
secundum.
Et in Con-
cilio Mile-
uitano cap.
17.
Matth. 5.
1. Cor. 7.

Concil. Tom. 4.

Aaaa ij